

Secundariorum irregularitates, quæ respectu Lunæ admodum sensibiles sunt, confirmant hanc quoque secundariorum gravitatem in Solem.

Non minus primarios in se mutuo agere ex eo vel maxime constat, quod sese in motibus turbent notabiliter. Observarunt Astronomi, Saturnum a via paululum deflectere, ubi Jovi Planetarum maximo est proximus: ita, ut Jovem, & Saturnum in se mutuo graves esse immediatis observationibus constet. Hunc quippe ex Legibus Attractionis supra allegatis operosiore computatione deducunt perturbationum calculum: Ex actione Jovis in Saturnum, accessus ejus augetur ad solem $\frac{1}{222}$ actio-